ſibi ex foedere deberi credebat. Societa-
tis Leoninae jus!

Luſitaniae Regis nomine edictum publi- 20. Sept.
cũ eſt, ut omnibꝰ ex Regno abire liceat,
ea tamen conditione, ne cui aedes agrosq;
ſuos alienare permiſſum eſſet: et ut,
qui confecto bello rediret, pro proditore
et perduellionis reo habeatur. Licen-
tia fit, ut ijs qui Hiſpanum praeferunt
regnum purgetur, Poenis propoſitis fiſci uti-
litatibꝰ conſulitur.

Rouvignius in Angliam appulit; pacis in-
ter Reges Conciliator. Luſitani ſplendi-
diſſimis conditionibus defuncti Regis
filiam Angliae regi uxorem offerunt:
et Hiſpani ſuam. Illa bellum contra
Hiſpanos, haec Hiſpanicam Amicitiam
pacemq; in dotem offeret.

Marchio Fabertus Sedanenſium prae-
fectꝰ à Rege obtinuit, ne per ſuſcepto-
res regios tributa exacta ad aerarium,